



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XV.

QVAE EST QUINTA,
SVB IVLIO III. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XXV.
IAN. M. D. LII.

Decretum prorogationis Sessionis.

Cum ex eo, quod proximis Sessionibus de-
cretum fuit, sancta haec, & vniuersalis
Synodus per hos dies accuratissime, diligen-
tissimeq; tractauerit ea, q̄ ad sanctissimū M̄s-
sacramentum, & ad Sacramentum Ordinis spe-
ctāt, ut hodierna Sessione, quemadmodū Spi-
ritus sanctus suggestisset, decreta de his rebus, &
quatuor praeterea articulos ad sanctissimū En-
charistie Sacramentum pertinētes, in hanc tan-
dem Sessionē dilatos publicaret: atque interim
assensus esse putauerit ad hoc sacrosacratū Co-
cilium eos, qui Protestantes se vocāt; quorum
causa eorum publicationē articulorū distule-
rat, & ut liberē, ac sine cūctatiōe vlla huc ve-
nirent; fidē eis publicā, siue saluum a conductū
cōcesserat: tamē, cum illi nondum venerint, &
eorum nomine supplicatū huic sanctae Synodo
fuerit, ut publicatio, quae hodierno die facta
fuerat, in sequentem Sessionē differatur, certa
spe allata, assensus eos esse omnino multo ante
interim accepto: eadē Sancta Synodus, in Spi-
ritu

a Sess. 13.

ritu

ritu sancto legitime congregata, eisdem Legato,
 & Nuncijs presidentibus, nihil magis optans,
 quam ex prestantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac eius quieti, paci, otioque consulere: parata, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benigne audire, confidensque eos non fidei Catholice pertinaciter oppugnande, sed veritatis cognoscende studio esse venturos, & ut Evangelice veritatis studiosos decet, sancte matris Ecclesie decretis, ac discipline ad extremum esse acquieturos; sequentem Sessionem ad edenda, & publicanda ea, que supra commemorata sunt, in diem festum sancti Iosephi, qui erit 19. mensis Martij, distulit; ut satis illi temporis & spatij habeant, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, que voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus ut omnem cunctandi diutius causam adimat, fidem publicam, siue saluum conductum, eius, qui recitabitur, tenoris, & sententie, libenter dat, & concedit. Interea vero de Matrimonij Sacramento agendum, & de eo, preter superiorum decretorum publicationem, definiendum esse, eadem Sessione statuit, & decernit, & prosequendam esse materiam reformationis.

SALVVS CONDVCTVS
datus. Protestantibus.

Sacrofancta œcumenica & genera-
lis Tridentina Synodus, in Spiritu
sancto legitimè cōgregata, præsidē-
bus in ea eisdem sanctę Sedis Apostolicę
Legato, & Nuncijs, inhærendo saluo cō-
ductui, in penultima Sessione dato, & illi
iuxta tenorem infra scriptum, ampliãdo
Vniuersis fidem facit, quod omnibus &
singulis Sacerdotibus, Electorib⁹, Princi-
pibus, Ducibus, Marchionibus, Comiti-
bus, Baronibus, Nobilibus, militaribus,
popularibus, & alijs quibuscunq; status
& cōditionis aut qualitatis existāt, Ger-
manicę prouincię, & nationis ciuitatib⁹
& alijs locis eiusdem, & omnibus alijs e-
clesiasticis, & sæcularibus, præsertim Au-
gustanę cōfessionis, personis, qui, aut quę
vnã cū ipsis ad hoc generale Tridentinum
Conciliũ venient, aut mittentur, ac pro-
fecturi sunt, aut hucusque venerūt, quo-
cumque nomine censeantur, aut valeãt
nuncupari, tenore presentium publicam
fidem, & plenissimam, verissimamq; se-
curitatem, quam saluum cōductum ap-
pellant, liberè ad hanc ciuitatē Tridenti-
nam veniēdi, ibidemq; manendi, standi,
morandi, proponendi, loquēdi, vnã cum

ipia

ipsa Synodo de quibuscūq; negotijs tra-
 ctandi, examinandi, discutiēdi, & omnia
 quæcūq; ipsis libuerit, ac articulos quos-
 libet tā scripto, quàm verbo liberè offe-
 rendi, propalādi, eosq; Scripturis sacris,
 & beatorum Patrum verbis, sententijs, &
 rationibus declarandi, astruendi, & per-
 suadēdi, & si opus fuerit, etiā ad obiecta
 Concilij generalis respondendi, & cū ijs,
 qui à Concilio delecti fuerint, disputādi
 christianè, aut caritatiuè absq; omni im-
 pedimento conferēdi, opprobrijs, conui-
 ctijs, ac contumelijs penitus emotis, & sig-
 nanter, quod causę cōrouersię, secundū *Nota.*
 sacram Scripturam, & Apostolorū tradi-
 tiones, probata Cōcilia, Catholicæ Eccle-
 się consensum, & sanctorum Patrum au-
 thoritates in prædicto Concilio Triden-
 tino tractētur: illo etiā addito, vt religio-
 nis prætextu, aut delictorū circa eā com-
 missorum, aut cōmittendorum minimè
 puniātur, impartitur, ac omninò conce-
 dit: sic etiā, vt propter illorum præsentia,
 neq; in itinere, aut quocunq; locorum,
 eundo, manendo, aut redeūdo, nec in ip-
 sa ciuitate Tridētina diuinis officijs quo-
 uis modo cessetur. Et vt, his peractis, vel
 nō peractis, quodocunq; ipsis libuerit:
 aut maiorū suorū mandato, & assensu ad
 propria reuerti optabūt: aut aliquis eorū

optabit: mox absque vlla retinētia, & occasione aut mora, saluis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis vice versa possint iuxta beneplacitū libere, & securē redire: de scientia tamē ab eadem Synodo deputandorum: vt tunc opportunē eorum securitati, absque dolo, & fraude prouideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, saluoque conductu, omnes quascumq; clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stādo, & redeundo, necessaria & opportuna fuerint. Illud etiam, ad maiorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum, exprimēs, quod, si quispiam, aut illorum aliqui, siue in itinere, Tridentum veniendo, siue ibidē morando, aut redeūdo, aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assurance beneficium eis concessum annullari, aut cassari; vult & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat, & non ab alijs, condigna animaduersione cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi meritō approbāda, & laudanda, mox puniantur; illorum assurance forma, conditionibus, & modis omnino manētib; illibatis. Pariformiter etiam

vult

vult, vt, si quisquam, vel aliqui ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manēdo, aut redeūdo, aliquod enorme, quod absit, egerint aut cōmiserint, quo posset huius fidei publicæ & asscurationis beneficium violari, aut quoquomodo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab alijs; condigna animaduersione, & emenda sufficienti, per partem Dominicorum Germanorum Augustanæ Confessionis, tunc hic præsentium meritò laudanda, & approbāda, mox puniatur; presenti asscuratiōis forma, conditionib' & modis omninò manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, q' liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus, & singulis, toties quotiescumque opportunum fuerit, seu necessariū, ad auram capiendā exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, nec non nuncium, vel nūcios suos ad quæcunque loca pro suis necessarijs negotijs ordinādis liberè mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missū, & destinātū suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita q' aliq' vel aliquis p' deputandos & cōsilijs societur, qui eorū securitati provideāt, vel provideat. Qui quidē saluus cōductus & securitas stare ac du-

rare debeat, à tempore, & per tēpus, quo in ipsius Synodi, & suorū tuitiois curā ipsos suscipi cōtigerit, & vsque ac Tridē- tum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidē, & rursū, post sufficiētem audiētiam habitam, spatio viginti dierū præmissio cū ipsi pietierint, aut Cōciliū, habita huiusmodi audiētia, ipsis recessū indixerit, à Tridento vsque in quē quisque elegerit sibi locū tutum, Deo fauente, restituet, dolo, & fraude prorsus exclusis. Quæ quidē omnia pro vniuersis, & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus tam ecclesiasticis, quā secularibus quibuscunque, atq; omnib. alijs ecclesiasticis, & secularibus personis, cuiuscumq; status, & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, & bona fide spondet.

a Conc.
Constan-
tien. Sess.
19. in ca.
quod non
obstanti-
bus saluis
conducti-
bus.

Insuper, omni fraude, & dolo exclusis, vera, & bona fide promittit, ipsam Synodum nullā vel manifestē, vel occultē occasione quæsituram; aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel statuto, priuilegio legum, vel canonum, aut quorumcūque Conciliorum, præsertim a Constantiensis, & Senensis, quacūque forma verborū expressa, in aliquot huius fidei publicæ & plenissimæ asseruationis, ac publicæ &

cæ &

cæ & liberæ audiētiae, ipsi per ipsam Synodum concessę, præiudiciũ quouis modo vsuram, aut quemquam vti permissuram: quibus in hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscũq; cõditionis, vel status, aut præ eminentiæ existens, præscriptæ asssecurationis, & salui conductus formã & modum in quocumque puncto vel clausula violauerit; quod tamẽ auertere dignetur Omnipotens; & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorũ arbitrio meritò approbãda, & laudanda; habeant ipsam Synodum, & habere poterũt, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino, & humano, aut consuetudine, huiusmodi saluorum cõductuum violatores incurere possunt, absque omni excusatione, quavis in hac parte contradictione.